Ad 2am concedo maiorem sed nego minorem. Verum dico quod caliditas frigiditas etc non sunt principia activa principalia talium alterationum sed instrumentalia solum. principalia autem principia activa dictarum operationum sunt forme substantiales que mediantibus dictis qualitatibus agunt dictos effectus tamquam mediantibus instrumentis.

Quarto quero

Utrum forme secundum quas sunt motus gravium et levium sint naturales mobiles secundum locum. sicut forma terre vel forma ignis. Et primo probo quod non quia omnis motus naturalis debet esse a principio intrinseco. sed forme secundum quas sunt motus gravium et levium non sunt principia intrinseca quia terra materia et natura non per hoc motus naturalis differt a violento. et minor apparet quia tales forme sunt sumende simpliciter compositum compositi ex partibus essentialibus quod vocantur materia et forma quia pars forma non per se actum intrinsecum motus naturalis passivum. 2° quia si quo foret verum sequeretur quod ille motus naturalis in specie concederet distinctis corporibus naturalibus in specie. cuius oppositum consuetudo est. quod consequentia. nam si forma terre secundum quam terra est mobilis deorsum esset mobilis secundum locum naturaliter. ipsa non esset mobilis secundum locum naturaliter nisi deorsum. et cum forma terre distinguatur specie a tota terra cum forma terre sit simplex et terra composita. sequitur quod ille motus qui est deorsum simplex concederet duobus corporibus distinctis in specie. scilicet ipsi terre et forme sue motu deorsum. 3° quia si forma terre esset naturaliter mobilis deorsum aut a quo aut a se vel ab alio. non a se quia dicit philosophus quod omne quod movetur movetur ab alio. Ergo si a se [illegible] esset in actu et in potentia et idem posset movere et moveri. Nec potest dici ab alio quia hoc esset a materia terre. vel a gravitate terre. non potest dici quod a materia terre quia nullius est activitatis. nec potest dici quod a gravitate terre [illegible] non faceret talem motum naturalis sed [illegible] principali. quod esset sicut forma substantialis [illegible] in actu et in potentia [illegible] una alia [illegible] non est nisi una materia [illegible] forma substantialis [illegible] et frigiditas et siccitas que [illegible] motus localis [illegible] Quarto quia si tales forme essent separate [illegible] ipse sic separatis [illegible] aliqua [illegible] esse mobiles naturaliter probo quia non nam si forma substantialis terre esset separata [illegible] non videtur descendere [illegible] quod sibi deficeret instrumentum scilicet gravitas qua debet se movere deorsum. [illegible] nam cum gravia et levia moveantur naturaliter [illegible] que sunt [illegible] secundum quas sunt illi motus [illegible] nobis [illegible] omnia que in nobis sunt [illegible] deorsum forma sua que est [illegible] secundum quam sic illemotus [illegible] deorsum [illegible] violente [illegible] violente [illegible] naturalis [illegible] esset naturaliter mobilis [illegible] aliquis motus violente

esse [illegible] motus [illegible] Quinto [illegible] forme secundum quas sunt motus gravium et levium essent naturaliter mobiles si essent per se separate a suis materiis. 2° videbitur a quo [illegible] quod sit [illegible] ad hoc [illegible] nisi materia [illegible] Primum ad primum [illegible] si forma motivi terre deorsum esset separata a materia [illegible] non movet naturaliter deorsum [illegible] adhuc quod esset sursum sita [illegible] forma substantialis gravis [illegible] motum deorsum sine gravitate [illegible] et falsum [illegible] gravitatem ipsius gravis [illegible] forma substantialis corporis [illegible] sine gravitate forma substantialis ignis [illegible] movere [illegible] deorsum [illegible] de forma substantiali levis et de levitate. [illegible] si talis forma substantialis sic posita sursum non descendere [illegible] cum non haberet gravitatem [illegible] quod quiesceret vel [illegible] naturaliter vel violenter [illegible] ad illum locum [illegible] esset [illegible] violente quiescit de violentante. [illegible] quod quiesceret violente [illegible] violente quiescere dupliciter [illegible] violentans positum [illegible] alio modo [illegible] ad suum motum naturalem [illegible] non descenderet ibi violente [illegible] secundo [illegible] hoc [illegible] ad impediendum [illegible] talem extensionem [illegible] non posset extendere brachium [illegible] aliquis [illegible] deorsum et [illegible] ad illam extensionem [illegible] non esset impossibile [illegible] quod talis forma descenderet violente [illegible] ad suum motum naturalem. 2° quod [illegible] separata a materia et forma substantiali [illegible] sursum [illegible] nisi forme substantialis [illegible] supplerentur [illegible] quia [illegible] agit [illegible] sursum [illegible] quo forma substantialis [illegible] motum deorsum [illegible] forma substantiali [illegible] aliquem motum deorsum efficeret. Et [illegible] nisi forme substantialis [illegible] supplerent [illegible] sine [illegible] albedo [illegible] forme substantialis [illegible] ibi forme substantialis [illegible] supplent [illegible] 3° quod si forma substantialis terre esset separata a materia et esset sibi [illegible] et esset posita sursum [illegible] ipsa movere deorsum [illegible] quia ibi esset [illegible] actum motus deorsum et instrumentale [illegible] et esset ibi [illegible] motus sufficiens scilicet forma

substantialis et sua gravitas.

specialis. et sic concurrentibus illis duabus fiet ibi motus
propter quod nullum esset ibi impediens sicut supponitur.
Et 3° quod talis motus esset naturalis. patet quia proveniret
ex inclinatione naturali corporis descendendi deorsum. talis forme
specialis. Contra 2am conclusionem dubitatur. nam dicit
aristoteles quarto de generatione. quod si caliditas esset separata a
materia. tunc ageret in frigiditatem contrariam sibi. sed
non pateretur ab ea. ideo etc. Videtur quod forma celi separata
a materia non movebitur cum moveri sit pati. Respondetur
negando consequentiam et ratio est quia frigiditas non ageret in
caliditatem separatam. nisi corrumpendo illam caliditatem
et quia ad corruptionem illius caliditatis separate non sequeretur
alicuius alterius generatio. et cum illa non corrumpatur
nisi propter generationem alicuius. ideo non fieret actio in illam
caliditatem separatam. Sed si forma specialis celi sit se-
parata. et si in spatium [illegible] moveretur localiter licet non
posset fieri. tamen non propter talem motum ipsa corrumpitur.
unde magis salvatur. et ideo quod adhuc difficile est
de motu alterationis. qui fit cum corruptione vel dispositione
ad corruptionem. et de motu locali. qui potest fieri tamen absque
corruptione et absque dispositione ad corruptionem etc.

Quantum ad 2m articulum. pono istam conclusionem quod talis
motus proveniret effective. a forma speciali tamquam ab agente
principali. non tamen principalissimo. et a gravitate tamquam
ab agente instrumentali. patet quia cum forma et actio sunt
cause efficientes concurrentes ad producendum aliquem effec-
tum specialem cum sit nobilior. debet tenere locum agentis
principalis. actio autem tenet locum agentis instrumentalis.
Sed sic est in proposito. nam talis motus proveniret effective
ab ambobus. non enim apparet a quo alio. et ideo ab effi-
ciente proveniret ex quo non est ibi plus quam forma
specialis. et gravitas. Et movetur deorsum in igne. non
tamen tamquam ab agente principalissimo. quia agens principalissimum
in illo modo. sicut etiam in aliis est celum. quod sua
generali influentia. ad quemlibet motum producendum
in istis inferioribus concurrit effective.

Ad rationes principales cum dicitur infirmata ratione. quando motus naturalis
proveniret a principio intrinseco. dico quod verum est de motu illorum
corporum compositorum ex materia et forma quibus satis est
manifestum quod forma specialis sive forma [illegible] in
talibus corporibus compositis ex materia et forma.
sunt naturaliter mobiles.

Ad 2am quando dicitur quod nullus
motus fit nisi in specie. convenit naturaliter distinctis
corporibus in specie. corporibus dico compositis ex materia
et forma. cum quibus tamen bene stat quod iste motus fiat
per [illegible] naturalis partibus corporibus. quorum unum est forma
specialis alterius.

Ad 3am cum dicitur si forma movetur a
se vel ab alio. etc. dico quod a se. non tamen solum a se.
sed etiam ab alio puta a celo concurrente. Et per
hoc est solutio ad auctoritatem aristotelis quod omne quod
movetur movetur ab alio. Et etiam si vellemus allegare verba
sicut iacent. non esset contra hoc. nam in illa sicut quilibet
videre potest. non dicit ab alio sed ab aliquo. sed expositores
exponunt ab aliquo. id est ab alio.

Et ad
confirmationem. sed quod idem sit agens et patiens. dico quod hoc non est
inconveniens vel difficile qualiter est in proposito. nam
talis forma. esset in actu. in agendo se movendo.
deorsum. et in potentia movendi deorsum.
Et si ulterius diceretur. ergo esset agens et patiens

quia ageret illum motum. et reciperet eundem. dico
non esse inconveniens. idem esse partiale agens et totale
recipiens. et sic est in proposito. nam totale agens illius
motus. est illa forma specialis una cum gravitate
et similiter celum. cuius totalis agentia. quarum illarum for-
marum est pars. totale autem recipiens. est illa
forma. vel saltem aggregatum. ex illis ambabus
formis. quarum una concurrit sicut agens principale
alia autem sicut instrumentale.

Ad quartum patet
ex predicto articulo quid dicendum.

Quinto quero

utrum gravia
appetant descen-
dere per lineas brevissimas. Et arguitur quod non quia
si sic per idem levia. appeterent ascendere per lineas
brevissimas puta rectas et non oblique. sed hoc est falsum
nam si sic terra pura debet descendere velocius
et non velocius in igne sicut in aere. sed hoc
est falsum quod patet. et ratio quia ignis est rarior quam sit aer.
et per consequens minus resistet eidem mobili. quam aer
et per consequens. si idem mobile descenderet per ignem. et postea
per aerem. velocius descenderet per ignem quam per aerem.
Item probatur quia suppono quod levius. plus appetit
esse supra grave quam minus leve. Ubi gratia si aliquod
grave poneretur supra ignem. et deinde poneretur supra aerem
tunc ignis quia levior est. plus appeteret esse supra
illud grave. quam aer appetat esse supra eodem. et
sic. si aliqua terra pura. debet descendere in igne.
et sic illa terra appetit esse sub igne. sed ignis
ille appetit esse supra illam terram. et ideo sicut terra
descendit ut sit sub illo igne. ita ignis ascendit
sub terra. ascendit ut sit supra terram. et quia gravia
appetunt descendere per lineas rectas. et levia ascendere
per lineas rectas. sequitur quod per eandem lineam. per quam
terra appetit descendere in igne. ipse ignis obviando
terre. appetit ascendere supra terram. et quia ignis
plus appetit esse supra terram quam aer. sequitur quod ignis
cum maiori appetitu et conatu. movetur contra terram. cum
grave descendit in igne. quam faciat aer cum idem
grave descendit in aere. sequitur ergo quod terra vel aliquod
grave impediatur in descendendo in igne quam impediatur
in aere descendendo.

2° quia si sic sequeretur quod grave
nunquam descenderet oblique. quod est falsum nam sepe
videmus aliquem lapidem bene descendere. supra aliquam
tabulam [illegible] positam et plus [illegible] nam
sit a. ad grave positum in summitate alicuius tabule
[illegible] posite. ita quod linea recta non posset
protrahi. quia superficies tabule usque ad centrum mundi.
et sit d. centrum. et b. c. tabula. et non posset
a. grave descendere. nisi per b. c. quod ergo illud
a grave vel appetit equaliter descendere per lineam
rectam vel lineam obliquam. vel plus per rectam quam
obliquam. vel plus per obliquam quam per rectam. Si
dicatur primum vel 2m sequitur quod illud grave posi-
tum supra dictam tabulam. non descenderet per lineam
b. c. cuius contrarium vel maior appetitus eius est
descendere per lineam b. d. cuius tamen oppositum
docet experientia. Si dicatur 3m tunc quod est falsum
scilicet quod gravia magis appetunt descendere per

lineas rectas plus quam obliquas. Et propter ista non est verum declaratum, nam ponatis duobus corporibus [illegible] impossibilibus involutis, scilicet a et b, et sic illa corpora incipiant descendere. Hoc posito, quod appetit [illegible] versus alterum, propter hoc quod [illegible] appetit ea et sic appetitus unius versus verum consequitur alterius. Si autem a magis movet versus [illegible] quam b, vel econtra, tunc hoc [illegible] consequitur illius, quod magis appetit, et a quo magis movetur [illegible]. Item grave descendens per tabulam [illegible] potest, vel equaliter appetit descendere per lineam rectam vel per lineam obliquam, et si sic tamen descendit quia unus illorum appetitus impeditur per secundum alterius. Et si magis appetit descendere recte quam oblique, et ipsum descendit oblique, ergo [illegible] appetitus descendendi per lineam rectam impeditur, descensus eius per lineam rectam vel obliquam cuius contrarium videmus. Si autem magis appetit descendere per lineam obliquam quam per rectam, hoc est contra [illegible]. Oppositum arguitur, quia grave per easdem lineas appetit descendere per quas descendit cum non fuerit impeditum. Sed hoc est per lineas brevissimas que possunt protrahi ab eo usque ad centrum mundi, ergo et cetera. Minor est nota, quia descendit per semidiametros mundi, vel per lineas que sunt partes semidiametrorum mundi. Sed iste sunt brevissime que possunt ab eo protrahi usque ad centrum mundi. Ergo assumptum. Secundo quia [illegible] duobus gravibus descendentibus illa descendunt per lineas [illegible] mediante [illegible] ex quo quodlibet illorum gravium tendit ad centrum mundi. Sed tales linee sunt semidiametri mundi vel partes illarum, ergo et cetera. Item [illegible] quod dictum quod grave appetit descendere per lineas rectas, quia quando non fuerit impeditum, sed quando impeditum ne possunt descendere per lineam rectam, mutant appetitum descendendi per lineam rectam, [illegible] appetat descendere per lineam obliquam, per quam possunt [illegible] quam plus. Sed breviter ista opinio nichil valet, ex eo quod si appetitus sic mutantur, et forte grave esset forma [illegible] quando primus et tamen [illegible], quia sic mutare appetitum debet solis formis [illegible]. Secundo quia grave manente nullo modo mutato potest unum [illegible] descendere per lineam obliquam et postea per lineam rectam propter solam mutationem medii [illegible]. Et [illegible] de uno appetitu in alium, nam cum tali mutatione appetitus nullo modo potest stare quod idem grave [illegible] se [illegible] modo [illegible]. Aliter dicitur [illegible] quod grave non appetit descendere plus per unam lineam quam per aliam, sed quod descendit per unam lineam et non per aliam, hoc est propter quod applicantur tali vel tali resistentie, sicut quod similiter ex applicatione alia et alia corporis gravis ad medium contrarium declaratur quod per talem vel per talem lineam descendit, ita quod videtur ipsum appetere descendere. Sed prius descendendo declaratur, alia et alia applicatione eius ad medium contrarium. Et ideo hoc est nam si aliquid plus

appetat descendere per unam et aliquid plus per aliam, [illegible] appetitus eius mutatur. Et sic [illegible] forma gravis esset forma cognitiva, et [illegible] concedendum quod grave non potest descendere per lineam obliquam et postea per lineam rectam nisi [illegible] grave mediante mutaretur. Sed dicendum ad hoc [illegible] quod grave plus appetat descendere per lineam rectam quam per obliquam, nam videmus quod quando grave descendit per lineam rectam difficilius potest arrestari et impediri ab eius descensu quam quando descendit per lineam obliquam. Hoc enim videtur esse signum quod grave plus appetit descendere per lineam rectam quam per lineam obliquam. Ad istud secundo [illegible] grave quando descendit per rectam lineam difficilius arrestatur quam quando descendit per lineam obliquam, similiter ea non est major appetitus descendendi per lineam rectam quam obliquam, sed hoc est propter hoc quod quando descendit per lineam rectam minorem habet resistentiam quam quando descendit per lineam obliquam, ut puta super tabulam [illegible] potentiam, vel difficilius est idem impedire cum minori resistentia impedimentum motum [illegible] potentie moventis quam cum minori. Ad rationes. Ad primam, cum oppositum [illegible], ex eo quod quando terra descendit in igne, ignis non appetit ascendere per eandem viam per quam descendit terra, [illegible] ipsum a tali ascensu impediret, et ideo ignis propter resistentiam [illegible] ad ascendendum per aliam viam, ubi invenit minorem resistentiam. Ad secundam dicitur [illegible], quia non dico quod grave ex se magis appetat descendere per lineam rectam quam per obliquam. Sed quia appetit esse proprius centro, descendit per quamcumque lineam potest, et propter hoc vel aliter descendit ad hoc declaratur ex alia et alia applicatione eius ad resistentiam, quia quando ex descensu per lineam rectam habet maiorem resistentiam descendit per lineam obliquam, et econverso et descendit econverso. Ad oppositum [illegible], quando dicitur per easdem lineas et cetera, dico quod non oportet, sed sufficit quod corpus descensus per lineas [illegible] ex tali applicatione gravium ad talem resistentiam.

Sexto queritur

utrum aer [illegible] moveatur in projectione lapidis vel alterius alterius projecti in eo. Et arguitur primo quod non, nam si sic sequeretur quod aer numquam in tali motu desineret moveri. Falsum, quia diu manet in loco proprio. Consequentia probatur et [illegible] videtur tenere, nam si aer movetur naturaliter deorsum [illegible] vel ad latus, ipso existente in loco suo proprio, quamdiu movetur per aliquod tempus eadem ratione [illegible] nam si quiesceret, hoc non esset propter aliquam novam locationem in spe[cie], nec propter aliquem locum sibi naturalem de novo acquisitum, ex eo quod tali motu aer movetur in loco proprio. Secundo nam potest quod projectum projiciatur ad latus, et si in tali motu aer movetur naturaliter, oportet quod hic aer moveretur grave vel leve ex parte aeris. Sed hoc non ex eo quod gravitas et levitas non inclinat naturaliter nisi ad motum sursum vel deorsum, ergo et cetera.

z. q si qd foret va. pt roc piectum moueret
natura.. quod sm q p2 qua na sit aer nyp roc
pellitur a piciente ita piectum. et p quo dum
roc motus violentus eet naturalis. cadere roc motus
aliquis. 3z falsitas quod p2 quia si motus piecti
eet naturalis. pitur g ad lapis sm sui. naturam re
q talis lapis no mo a sua materia. cu nullius
sit actiuitatis. nec mo a sua forma vel qualitate.
qz illi magis inclinat ad motum oppositum. nec apparz
aliquod aliud nisi lapide mouens lapidem. qd apparz
natura sit mouens. et motus illum lapidem qr talis
lapis mo deorsum vero violente. cu no moueat a primo
motore. Oppositum ar. ita aer ex duo lapidum.
insequitur lapidem. ne fiat vacuum. g motus impiectoe lapi
dis aer mo naturalis. quia tenz ex eo q motus
corporum quo mouetur ad replendum vacuum e corporibz
naturalis. ans p2 qz nisi lapidem piectum sequere aer
remaneret vacuum in loco. que exiuit lapis in
transeo aliud locum. in tali motu. Quantum ad hoc
p mo videndum e de principali qsito. 2o videndum e de p
iecto a quo moueatur. et vtrum naturalis vel violente
post recessum a piciente. Quantum ad primum
articulum qsiderandum e q impiectoe lapidis. e
duplex motus aeris. s. aer an lapidem q resistit
piecto lapidi. et dividitur vel vlterius naturale sua qualitez
condensatur. propter ipsum piectum. Alius e aer qui retro
ipsum piectum insequitur piectum ad finem ne ibi
remaneat vacuum. Hoc noto sit prima conclusio q in
piectoe lapidis. motus aeris ante piectum
no e naturalis. p2 quia tene sequere q no resistit piecto.
qd e sm vm talis aer no nisi resistit piecto
q aer resistat grauem descendenti. vel leui ascendenti
naturaliter. 2o quia condensaco aeris vlterius naturale sua
raritate e sibi violenta. 3z in tali motu talis aer
agis condensatur vlterius sua raritate naturale. g et c.
2a conclusio q motus aeris insequentis piectum. e naturalis.
p2 qz e a principio intrinseco. s. a forma substantiali ipsius aeris.
q inclinat ipsum aerem ad insequendum piectum
ad finem. q no fiat vacuum. Sed contra 2am
conclusionem ar. quia inde sequeretur convenientem. vel elementum
sim hre duos motus naturales. distinctos spe
qd e q dicta prima conclusio g magis. quia aer vel
aliquod aliud corpus. habet motum naturale. q mo
vetur ad locum suum naturale. et vnum alium motum
naturale quo mouetur ad replendum vacuum. Ad
istud dico q alicui corporis simul inesse naturales plures
motus. intelligitur dupliciter. Vno modo. q ambo
insunt illi sm naturam propriam illius corporis. Alio
modo q vnus illorum insit illi corpori. sm naturam propriam
et alius sm naturam communem illi et aliis corporibz na
libz. Tunc dico q vm ommisum e primo modo.
q impossibile e eidem corpori inesse naturales distinctos
in spe primo modo. licz tu illo stet q hoc sit possibile
2o. Circa istud dubitatur. quis illorum
motuum. sit magis naturalis. vtrum ille q inest corpori
sm naturam propriam.. vel ille qui inest corpori sm naturam
communem. vel an sint equales. Videtur q motus
qui inest corpori sm naturam communem. e magis
naturalis. quia motus. quo corpora mouentur
pro replendo vacuum et tamen no e. qz videmus

q corpora dimittunt loca sua propria et naturalia. et q
sunt mobilia naturaliter sm naturam corporum propriam. et
illis motibus ne fiat vacuum. motu q inest
eis. sm naturam communem. qd p2 nam cu aliquis
ponit aliquam fistulam. ad aquam et extrahit
p os aerem de fistula. aqua dimittit locum
suum. et ascendit in fistula. et hoc e signum
q plus inclinatur ad motum p que cauetur
vacuum. q ad motum q e mobile ad locum
proprium. Et ad hoc q p naturam no inest
aliqua res quecunque pluribz corporibz. Sz hoc
voco inesse [illegible] sm naturam communem. qd inest
vni corpori naturaliter. et consimile inest aliis corporibz
distinctis spe ab illo. et sic e de motu ne
fiat vacuum. hoc enim inest omnibz corporibus.
vnde anaxagoras posuit vacuum. celum descen
deret et impleret vt dicitur 4o phisicorum. Vnde est
tamen q aliqui dixerunt. q sic insequi corpora
ne fiat vacuum. inest solum aeri et aque. que
sunt dicta media. que quia sunt grauia et leuia.
possunt moueri indifferenter huc et illuc. sed sic dicit
no sic e de aliis extremis. quorum vnum e simpliciter
graue et aliud simpliciter leue. Sz tamen istud no
vz. quia ad sensum videmus q puluis ascendit
p fistula subtracto aere. p qd constat terram ascen
dere. ad sequendum corpus naturale sicut facit aer
vel aqua. Quantum ad 2m articulum notandum.
q de hoc sunt plures opiniones. Vna e q
piectum post exitum a manu piciente mouetur
ab aere insequente piectum. Vnde ponitur
ista opinio q cum piectum exit velociter
a loco in quo erat. tunc ad ocurrendum vacuum
intrat velociter aerem post illud piectum
ad replendum locum. qui quidem aer velociter
sequens. attingit ad piectum. et expellit ipsum
vlterius. Breuiter ista opinio no vz esse sufficiens.
quia licz aer bene insequitur piectum. ne
fiat vacuum. tamen ille aer no vz esse causa motus
ipsius piecti. quia ille aer qui insequitur piectum
et tangit ipsum qz aer e facilius diuisibilis
q piectum no. licet aer diuiderentur ab eo
cedit. et sic no pellerent piectum vlterius. g et c.
2o quia sm istam opinionem no posset reddi causa. quare
mouetur trocum. vel molam fabri. longo tempore
postquam manus mouentis est amota. Vnde
hic no potest dici q hoc sit aer insequens. ex eo
q omnia illa mouentur in eodem ac. nec aer intra
vel insequi. sicut vm insequitur sagittam. vel aliquod
tali modo piectum. 3o nam videmus q una
nauis plena feno vel frumentis. mouetur ab ori
ente versus occidentem in aliquo flumine post ablationem
trahentis. scepe p alicem vero naue mouetur
versus orientem. et tamen deberet esse oppositum
si aer insequens moueret. 2a opinio e q
manus mouens piectum. mouet et aerem
distantem. et locantem ipsum piectum. et c
aer q e natus velociter moueri defert secum

proiectum. Et per hoc aliud quod erat dubitatum. Ista opinio mihi non videtur sufficiens. Nam dubitatur a quo moveatur ille aer postquam manus cessat impellere seu movere. Et sic manet tanta dubitatio de illo aere a quo moveatur sicut erat de illo proiecto. Si dicatur quod aer ille moveatur a sua levitate, que quidem levitas aeris velociter moto in natura est dum virum motum. Hoc non videtur quia levitas non est nata movere nisi sursum. Sed proiectum potest ferri tam sursum quam deorsum quam ad latus. Secundo nam ista opinio non posset salvare quomodo movetur mola fabri que velociter impulsa valde diu adhuc revolvitur non obstante quod aer undique circumstans abstergitur. Tertio nam aer quantumcumque sit velociter motus ipse est valde faciliter divisibilis. Ideo non apparet quomodo possit cum lapide qui sustinetur in alto lapidem ponderis ut 30 librarum ut accidit in proiectione per machinam. Quarto nam ista opinione sequitur quod longius possemus proicere plumam quam lapidem et minus grave quam magis grave si essent equalia in figura et in magnitudine, quod est contra experientiam. Consequentia tenet ex eo quod magis grave videtur resistere aeri movente tamquam sursum ut pluma movetur quam sursum. Quinto quia si aer qui proiciens movetur cum lapide est tante virtutis quod potest velociter ferre magnum lapidem proiectum, tunc videtur quod si sine lapide aliquis proiciens pelleret aerem secum, quod ille aer quem pelleret aerem [illegible] debet parere quam [illegible] deficit. Secunda est opinio quam reputo veriorem quod proiectum post exitum eius a manu et post recessum eius a proiciente movetur a quadam vi seu impetu sibi impresso ab ipso proiciente. Et sicut tandem illa virtus motiva sit sibi impressa remittitur, usque ad non gradum, sic proiectum desinit moveri motu proiectionis. Sed tamen istum modum salvare per experientiam modum motionis proiectionis. Primo quidem quare proiciens longius proicit lapidem quam plumam. Huius causa vero est ista quia in lapide plus est densitatis quam in pluma et quia est magis compactum, et ideo illa virtus motiva fortior et maior imprimitur lapidi quam plume. Et quia dum [illegible] vere sicut videmus quod plus fortior calor imprimitur in ligno quam [illegible] propter densitatem et compactionem materie. Secundo ex ista opinione redditur causa quare longa lancea plus proicitur quam sine lancea. Huius quidem causa est quia lancea longa plus recipit de illo impetu quam in [illegible] solum. Et si queritur que res sit talis impetus, credo quod hoc magis pertineat ad investigationem metaphysicalem quam ad naturalem. Ex hiis patet quod motus proiecti non est proiecto naturalis sed violentus. Probatur hoc quia talis motus provenit ab aliquo impresso ipsi proiecto ab extrinseco. Sed dicitur quod talis motus est ipsius inclinationis motivi [illegible] naturalis. Respondeo negando consequentiam, nam ultimo hoc requiritur quod talis inclinatio mobilis non sit ad oppositum. Ad rationes principales. Ad primam cum dicebatur sicut quod aer resistit motui [illegible] desinit moveri, nec [illegible] et vero huius est quia talis

non aer rarefit et condensatur ultra quam [illegible] ut densitatis sibi debitum. Et ideo aer appetens redire ad statum pristinum tandem resistit a tali motu. Ad secundam quando dicebatur proiectum ad latus, placet michi. Et dicebas quod aer sic non inseqeretur naturaliter. Dico primo et ultimo dico quod hoc est inconveniens forte. Tamen maxime proiectio acuto [illegible] et maxime semicircularis instrumentalis. Et quando dicitur levitas non inclinat nisi ad motum sursum, dico quod verum est quando mobile movetur motu sibi naturali secundum naturam sibi propriam, et quando mobile movetur motu sibi naturali secundum naturam communem sibi et aliis. Sic est quando aer et [illegible] movetur ne fiat vacuum. Levitas bene movet ad latus seu ad aliam differentiam positionis quam sursum. Ad tertiam dico quod proiectum movetur naturaliter si aer precedens proiectum naturaliter movetur qui violenter pellitur secundum proiectum. Et non oportet si aer inseqeretur proiectum moveatur naturaliter quod ideo proiectum naturaliter moveatur quia aer insequens non pellitur sicut proiectum pellitur. Et ideo dissimile est de motu proiecti et de motu aeris ipsum proiectum insequentis.

Jhesum et Mariam

Circa duorum librorum scilicet de figura corporum simplicium elementorum queritur ultimo et finaliter. Utrum quatuor elementa debeant sibi figuras naturaliter sive a natura. Et arguitur quod sic. Nam quintum corpus simplicissimo precedens est debet sibi figuram a natura scilicet spericam. Sed simile de eo est. Igitur videtur quod quatuor corpora simplicia scilicet elementa debent sibi figuram a natura. Secundo nam periti geometrici pluraliter quod non sunt nisi figure corporum regularium secundum speciem que sunt simplicissime. Igitur videtur quod illas figuras sibi debeant quatuor corpora simplicia scilicet elementa. Et quinta debet sibi una corporis [illegible]. Tertio nam corpora determinata ad maximum et ad minimum debeant sibi aliquam figuram a natura, quia que determinantur ad maximum et ad minimum determinantur ad terminationem, omne autem finitum est figuratum. Corpora autem naturalia naturaliter determinantur ad magnitudinem et ad minimum, quod patet ex secundo De anima. Videtur enim natura constantium est terminus magnitudinis et augmenti. Hoc idem videtur posse elicere ex primo Physicorum. Quarto nam aqua debet sibi figuram a natura que est rotunda, igitur similiter quodlibet elementum. Consequentia tenet quia non videtur maior ratio de uno elemento quam de alio. Et antecedens videtur ex demonstratione Aristotelis in secundo huius ubi probat quod aqua est sperica quia alioquin partes eius superficiales non equaliter distarent a centro. Quinto quia eadem est figura totius et eciam eius partis, aliter enim non esset homogeneum. Sed particula aque videtur tendere ad sphericitatem, ut patet de guttis roris et pluvie. Igitur sic videtur esse de toto sphera aque. Sexto ignis debet sibi aliquam figuram a natura, igitur et alia elementa. Consequentia tenet et antecedens probatur quia debet sibi figuram pyramidalem. Probatur hoc quia cum ascendit non ascendit nisi pyramidaliter figuratus ut experiencia docet. Oppositum [illegible] demonstrare Aristotelis in littera. Circa istam questionem quatuor erunt principales. Quarum primo recitabo

opiniones antiquorum de figura corporum simplicium. Quia 2o dicebat implicatio corporum quod ponit aristoteles 3o celi. In 3o dubitabitur de hiis que aristoteles 3o celi assumit ad improbandum opinionem antiquorum. Et in quolibet articulo procedetur ad questionem. Quantum ad primum articulum est notandum quod quidam antiquorum fuit opinio quod corpora simplicia super celum et quod celum debetur sibi figuras quinque. Unde consideraverunt quod corpora mathematica regularia sunt quinque et non plura, scilicet tetracedron, exacedron, octocedron, duodecedron et ycocedron. Et quia 4 corpora simplicia mundi sunt quinque et non plura, scilicet celum et 4 elementa, crediderunt quod quodlibet istorum corporum simplicium deberetur sibi una illarum figurarum regularium. Unde dixerunt quod corpus exacedron, seu corpus cubice figure, sive corpus sex superficiebus contentum et hoc ideo quia cubicum sive exacedron magis est firmum et immobile et minus aptum ad motum, et quia sic est terra, ideo attribuebatur terre figura cubica. Dixerunt autem quod aqua est corpus ycocedron, sive corpus ex 20 superficiebus triangularibus, quia aqua omnibus aliis est corpus magis volubile et minus stabile, et labile tribus aliis, et difficulter tabile [illegible]. Et hoc ipsi attribuebatur aque propter multitudinem angulorum quos habet corpus ycocedron. Attribuebant autem aeri figuram octacedron et igni figuram tetracedron, superiori et celo figuram duodecedron. Et hoc propter causas que erant exposite in una questione primi huius, puta que tractatus libri primi. Et istud est intelligi velut quod dicta corpora simplicia sic totum essent talis figure, velut ex pluribus particulis sic figuratis composita. Sed quod terra sic totum sit cubice figure, sed quod particule ex quibus ipsa est composita sunt cubice figure. Quantum ad 2m articulum est notandum quod aristoteles 3o celi improbat istam opinionem sic: Nam secundum opinionem foret dari motum seu vacuum, quod ipsi antiqui negabant. Quia cum secundum illos simplicia corpora sic figurata componerent totum non possent circa idem punctum, quod in ea vacuum remaneret, cum superficialibus figuris regularibus tantum sint tres figure que replent spatium superficiale circa idem punctum, scilicet trigonus, quadratum et exagonus. Que corporalibus autem figuris, sicut dicit aristoteles 3o celi, sunt due tantum que replent spatium corporale circa idem punctum, scilicet piramis et cubus. Propter quod cum illa duo corpora, scilicet quorum unum est piramidale, velut ex piramidalibus compositum, et aliud cubicum, velut ex cubicis compositum, in aliquo modo acceptum replent locum sine vacuo, et ideo quantum est de aliis oportet esse vacuum. Licet hoc conveniat pro cubica et piramidali. Quantum ad 3m articulum dubitatur de hoc quod ipsum suppositum est implicatio opinionis antiquorum. Supposuit enim quod corpora piramidalia regularia in aliquo modo accepta possit replere locum. Dubitatur autem hic sic: Utrum quo primo oportet supponere quid impossibile intelligitur per replere locum. Ad intelligendum est notandum quod replere locum potest intelligi velut in superficie, velut in solidis. Et replere locum in superficie non est aliud quam replere totale spatium superficiale circumstans aliquod punctum in illa superficie signatum. Sed replere locum in solidis est replere totum spatium corporale circumstans aliquod punctum ymaginatum. Tunc propositiones aliquibus premissis supponitur quod circa punctum in superficie ymaginatum circumstat spatium superficiale quod valet quatuor angulos rectos, quod satis patet ex primo elementorum euclidis. Tunc sit prima conclusio quod tres sunt figure regulares superficiales potentes replere locum in superficie, scilicet triangulus, quadratum et pentagonus. Quod satis patet de quadrato, nam si ali[quorum] que punctum componantur quatuor quadrata, illa occupabunt totum spatium superficiale circumstans illud punctum, quod patet, nam totale illud spatium circumstans illud punctum valet quatuor angulos rectos, et quodlibet quadratum valet quatuor angulos. Quatuor quadratorum quia anguli quadrati quilibet angulus est rectus, ergo etc. Dico 2o quod sex trianguli regulares replent locum, quia angulus trianguli equilateri seu equianguli valet duas tertias unius recti, sicut etiam patet ex 32 propositione primi euclidis. Sed sex tales anguli valent duodecim tertias anguli. Et tales 12 faciunt quatuor integros, scilicet quatuor angulos rectos, qui est precise spatium superficiale circumstans aliquod punctum in superficie signatum. Ergo sex trianguli rectos etc. circa idem punctum positi replebunt locum, quod est propositum. Dico 3o quod tres exagoni regulares replent locum, quia angulus exagoni habet quatuor tertias unius recti, sicut patet etiam ex ultima propositione primi elementorum euclidis. Sed tres tales quatuor integros, scilicet quatuor angulos rectos, ergo tres replebunt locum. Replebunt locum superficiale circumstans aliquod punctum in superficie ymaginatum. Propter quod quarto quod anguli pentagonorum vel eptagonorum vel octogonorum etc. et sic in infinitum in nullo modo combinati possunt replere locum. Angulus enim pentagoni habet unum rectum et quintam partem unius recti. Tres autem tres combinati minus faciunt quam quatuor rectos, et quatuor combinati plus faciunt quam quatuor rectos. Item nec eptagonus replet locum, quia angulus eptagoni habet unum rectum et quatuor septimas unius recti. Sed duo tales sunt minores quam quatuor recti et tres sunt maiores quam quatuor recti. Et similiter ultra exagonum nullarum figurarum regularium anguli replent locum, quia omnium figurarum regularium ultra exagonum duo anguli sunt minores quatuor rectis et tres sunt maiores quatuor rectis. Et ut istud melius intelligatur, consideremus quantum aliarum figurarum regularium anguli valeant et quantum valeat. Unde sciendum est notandum quod angulus quadrati angulus est rectus, hoc est, patet per diffinitionem quadrati. Et angulus trianguli regularis angulus valet duas tertias recti, ut prius patet, nam angulus anguli valent duos rectos, sicut demonstratur in primo elementorum euclidis, propositione 32, et cum anguli trianguli regularis sunt sibi invicem equales, quod patet per diffinitionem figure regularis, sequitur quod quilibet trianguli trianguli regularis valet duas tertias recti. Unde figura regularis dicitur cuius omnia latera sunt sibi invicem

equalia. et omnes anguli sunt sibi invicem equales.
Et sic igitur semper quilibet valet angulus quadrati et sibi
trianguli. Id sciendum autem consimile de aliis figuris
regularibus superficialibus sicut de pentagono
exagono et eptagono. et sic de consimilibus. considerandum
est numerus angulorum talis figure. quo considerato
ab illo removeantur duo. et residuum est numerus
triangulorum in quos illa figura est resoluta.
Hoc autem facto duplicemus numerum triangulorum
in quos illa figura est resoluta et resultans ex
tali duplicatione est numerus angulorum rectorum quos valent
omnes anguli simul iuncti illius figure. cum figure
angulorum valet quilibet. Verbi gratia si volo
scire quot angulis rectis equaleat anguli
pentagoni regularis. considerabo quod 5 sunt anguli
pentagoni. a quibus removebo duo et remane-
bunt tria. sunt tot anguli. dicam igitur quod penta-
gonus resolubilis est in tres triangulos. et quia
trium triangulorum anguli valent sex rectos. quod patet
duplicando tria. dicam quod omnes anguli penta-
goni regularis simul iuncti valent sex rectos. et per
consequens unus angulus pentagoni valet unum rectum
et unam quintam recti. et quia exagoni sunt sex anguli
removebo duos. et remanebunt quatuor in tot
triangulos exagonus est resolubilis. scilicet in quatuor
et si quatuor duplicaverimus resultant octo. et tot an-
gulis rectis equalent anguli exagoni simul iuncti
et per consequens unus angulus exagoni valet unum rectum
et unam terciam recti. quod patet quia si octo anguli recti
distribuantur sex angulis exagoni cuilibet angulo
exagoni cadet unus rectus cum sexta parte
duorum rectorum. sexta autem pars duorum rectorum est
una tercia recti. et sic quilibet angulus exagoni re-
gularis valet unum rectum et terciam unius recti. Finaliter
igitur recolligendo summa dictorum quod solum tres figure
regulares superficiales replent locum superficialiter
loquendo. scilicet triangulus. quadratum. et exagonus. non
distinguendo quadratum et triangulum. De cor-
poribus autem replentibus locum in solidis di-
cunt aliqui [illegible] quod talia sunt duo. scilicet cubus
et pyramis. de cubo non est dubium. Et
[illegible] sit 2o [illegible] quod in solidis octo cubi aggregati
circa unum punctum ymaginatum totum spacium circumquaque
replent ad omnem differentiam. quod patet si ymaginaveri-
mus tres lineas in aere intersecare se
ortogonaliter sicut apparet in lectis pulleis sibi invi-
cem applicatis. que faciunt duodecim angulos rectos.
sicut patet. nam [illegible] illas lineas supra et infra
quatuor cubi secundum medium et inferius alii quatuor ita
quod quatuor super secantes et quatuor infra secantem.
que sic fiunt octo. totum spacium claudentes
secantes complebunt. De pyramidibus autem
videtur dicendum quod 12 pyramides regulares
replent locum [illegible]
[illegible] angulorum corporalium. anguli
superficiales equalent angulis superficialibus
angulorum octo cuborum illi anguli possunt re-
plere locum in solidis. sed anguli superficiales
duodecim angulorum pyramidalium equalent
angulis superficialibus octo cuborum [illegible] maio-
rem [illegible] manifestum. ex eo

ex eo quod anguli octo cuborum replent locum et
minorem [illegible]. Pro quo supponit quod angulus
cubi solidus clauditur tribus angulis superficialibus
rectis. et sic octo anguli cuborum solidi clauduntur
24 angulis rectis superficialibus. sed quia angulus
solidus pyramidis regularis trium superficierum
clauditur tribus angulis superficialibus equalentibus
duobus angulis superficialibus rectis scilicet quod anguli
solidi duodecim pyramidum clauduntur circa
24 angulis rectis superficialibus. et sic tot angulis
rectis superficialibus clauduntur anguli solidi duode-
cim pyramidum regularium. quot clauduntur
anguli solidi octo cuborum. et hoc erat intentum.
2o nam sicut se habent trianguli in plano. ita se habent
pyramides in solido. sed aliqui anguli trianguli
replent locum in plano. ergo aliqui pyrami-
des replent locum in solido. et quia [illegible]
[illegible] anguli [illegible] replent locum in plano. ergo
[illegible] quod 12 pyramides repleant locum in soli-
do. [illegible] per hoc. nam sicut numerus cuborum
repleant locum in solido. est duplus ad
numerum quadratorum replentium locum in plano.
quia octo cubi replent locum in solido. et quatuor
quadrata replent locum in plano. ita videtur
quod numerus pyramidum replentium locum in solido
debeat esse duplex ad numerum triangulorum re-
plentium locum in plano. Sed contra istam
istam opinionem salva reverencia [illegible]
pono istam 3am conclusionem. quod 12 pyramides regulares
[illegible] replent locum in solido quod sic [illegible] accipiam
aliquam superficiem planam et signabo in ea punctum.
et assignabo circa illum punctum 6 triangulos
equilateros. qui replent in superficie circa punctum
illum quod est impossibile [illegible]
prius demonstratum. Deinde super quemlibet istorum duo-
rum triangulorum [illegible] super basim [illegible] pyramidem
regularem trium laterum. quo facto erunt ibi 6
pyramides. omnes [illegible] in puncto a. [illegible]
Deinde ymaginor unam lineam perpendicularem.
in illa superficie erectam ductam ab a puncto
[illegible] que sit a.b. quod [illegible] 6 pyra-
mides. [illegible]
in puncto a. sicut patet volenti considerare. [illegible]
ille 6 pyramides nullam [illegible]
Deinde ex alia parte [illegible] superficiei [illegible] alias
6 pyramides super eisdem 6 basibus constituentes.
et in eodem puncto a. contingentes se. et ymaginor
a.b. [illegible]
[illegible] linea tota in vacuo [illegible]
[illegible] solidus [illegible] circa punctum [illegible]
contingunt se 12 pyramides [illegible] 6
[illegible]
[illegible]
[illegible]
lineis se contingunt. Patet igitur quod 12 pyramides
[illegible] se contingunt circa punctum [illegible]
sed nullo modo implebant locum. Nec valet
[illegible] salva sua [illegible]
Supponit enim quod quicumque anguli corporales
continentur ab angulis superficialibus equalentibus

24 angulis superficialibus rectis. qui illi impleat spacium locum. nisi hoc est falsum. nam si hoc esset verum. sequitur quod tres cubi. una cum 6 corporibus serratilibus resultantibus ex divisione. trium cuborum replerent locum. minus hoc est falsum. ex eo quod tres tres cubi una cum talibus 6 corporibus serratilibus non valent nisi 6 cubos. 6 autem cubi non replent locum. quod probatur consequentia. ex eo quod omnes anguli solidi [illegible] trium cuborum et 6 talium corporum serratilium clauduntur aliis superficialibus equivalentibus 24 angulis superficialibus rectis. ex eo quod angulus cubi solidus continetur tribus angulis superficialibus rectis. et angulus solidus talis corporis serratilis clauditur duobus angulis superficialibus rectis cum dimidio. et sic anguli solidi talium 6 corporum serratilium claudentur angulis superficialibus equivalentibus 14 angulis rectis. et tres anguli trium cuborum 9 rectis. sed 14 et 9 faciunt 24 [illegible]. 2o sequitur quod octo cubi non implent locum. probatur consequentia quia secundum dictam suppositionem 16 corpora serratilia equivalentia 8 cubis non implent locum ex eo quod 16 anguli solidi corporum serratilium clauduntur angulis superficialibus non equivalentibus precise 24 angulis superficialibus rectis. probatur hoc ex eo quod angulus corporis serratilis solidus unius illarum partium ubi secantur duo cubi clauditur duobus angulis rectis cum dimidio. et sic tales 16 clauduntur angulis superficialibus equivalentibus 40 angulis rectis. Et ne laborem inquiras. corpus serratile dicitur esse compositum illorum duorum que resultant ex divisione cubi. cum cubus dividitur dyametraliter. que duo cadunt super angulos cubi oppositos. Ex quo patet quod duo corpora serratilia talia spacium tantum valent quantum unus cubus. Ad [illegible] Dic ergo breviter quod opinio communis [illegible] quam [illegible] implicare ad tertium [illegible] non dicit quod 12 pyramides regulares repleant locum sed bene dicit quod pyramis est unum de corporibus que in aliquo modo accepta possunt replere locum. sed quod 12 pyramides vel plures vel pauciores hoc faciant non exprimit. Et ideo secundum [illegible] dicitur ad dubitationem motam quo ad 3m articulum. quod pyramides regulares in aliquo modo accepte replent locum. sed in quo modo hoc faciat non dicit sed in aliquo modo. forte hoc [illegible] 20 sicut alias [illegible]. Quantum ad 4m articulum est notandum quod aliquid sibi dederit figuram naturalem est ipsum habere aliquam figuram. et non posse habere aliquam vel aliam nisi violente. Ulterius est notandum quod hoc potest intelligi de totali elemento vel de parte eius. Sit ergo prima conclusio quod partes elementorum non dederunt sibi figuram naturalem quia aliquando [illegible] possunt figurari nunc triangulariter nunc quadrangulariter secundum aliam et aliam figuram corporis continentis. sicut patet de aqua et aere. aliter [illegible] violentia [illegible] qualiter non potest sicut de homine vel de asino. [illegible] 2o omne simplex debet esse determinatum [illegible] sed pars non elementi [illegible] figuram potest recipere nec aliquam sibi determinare ut [illegible] sibi de naturalem. tamen cum non posset aliam recipere

= p inceptorem

